


**R E C U E I L**  
*D E S*  
**ÉDITS , DÉCLARATIONS,**  
**LETTRES-PATENTES , &c.**  
**ENREGISTRÉS**  
**AU PARLEMENT DE FLANDRES ;**  
**DES ARRÊTS DU CONSEIL D'ÉTAT,**  
*PARTICULIERS A SON RESSORT ;*  
**ENSEMBLE**  
**DES ARRÊTS DE RÉGLEMENS RENDUS PAR CETTE COUR,**  
*depuis son érection en Conseil Souverain à Tournay.*

**D É D I É**  
*A M<sup>GR</sup> HUE DE MIROMESNIL,*  
*Garde des Sceaux de France.*

---

**SEPTIÈME VOLUME.**

---



*A DOUAY, de l'Imprimerie de DERBAIX , rue des Écoles , au Compas d'or.*

---

**M. DCC. LXXXVII.**  
**AVEC PRIVILÈGE DU ROI**

602      **ÉDITS; &c. ENREGISTRÉS**

12 Décembre forme & teneur, nonobstant clameur de haro, Charte Normande, &  
bre 1772. autres choses à ce contraires, auxquels Nous avons dérogé & dérogeons  
par ces présentes : **CAR TEL EST NOTRE PLAISIR.** En témoin de quoi,  
Nous avons fait mettre notre Scel à cefdites présentes. **DONNÉES** à Ver-  
sailles le douzième jour du mois de Décembre, l'an de grace mil sept cent  
soixante-douze, & de notre regne le cinquante-huitième. *Signé LOUIS.*  
*Et plus bas, par le Roi, PHELYPEAUX. Vu au Conseil, TERRAY. Et*  
*scellées.*

N° 1204.

**LETTRES - PATENTES DU ROI,**

18 Janvier **CONCERNANT L'ORDRE DE SAINT LAZARE.**  
1773.

Données à Versailles le 18 Janvier 1773.

*Registrées au Parlement de Paris le 27 Février suivant;*

*Et au Conseil Supérieur de Douay le 30 Mars de ladite année.*

**L**OUIS, PAR LA GRACE DE DIEU, ROI DE FRANCE ET DE NAVARRE :  
A nos amés & féaux Conseillers les Gens tenans notre Cour de Parlement  
à Paris, **SALUT.** Notre Saint Père le Pape ayant donné une Bulle, en  
date du 4 des Ides de Décembre de l'année 1772, concernant les Ordres  
Royaux, Militaires & Hospitaliers de Notre-Dame du Mont-Carmel &  
de Saint Lazare de Jérusalem : & notre intention étant que ladite Bulle soit  
pleinement exécutée, **A CES CAUSES, NOUS VOUS MANDONS,** par ces  
présentes, signées de notre main, que notre Procureur - Général appelé,  
s'il vous appert qu'èdite Bulle, ci-attachée sous le contre-scel de notre  
Chancellerie, il n'y ait rien de contraire aux saints Décrets, aux Consi-  
tutions canoniques & aux maximes & usages reçus dans notre Royaume,  
vous ayez à en ordonner l'exécution, suivant sa forme & teneur, ces-  
sant & faisant cesser tous troubles & empêchemens, & nonobstant toutes  
choses à ce contraires : **CAR TEL EST NOTRE PLAISIR.** **DONNÉES** à  
Versailles dix-huitième jour de Janvier, l'an de grace mil sept cent soi-  
xante-treize, & de notre regne le cinquante-huitième. *Signé LOUIS. Et*  
*plus bas, par le Roi, PHELYPEAUX. Et scellées.*

CLEMENS, Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Militarium Ordinum Institutio, qui curandis ægrotis, peregrinantibus hospitio excipiendis, & à barbarorum incursionibus Christi fidelibus strenuè vindicandis sese consecrarent atque devoverent, saluberrima adèdò visa est, deque Christianâ Republicâ adèdò præclarè merita, ut Romani maximè Pontifices prædecessores nostri insignibus eos beneficiis, privilegiis, facultatibus, licentiis, exemptionibus cumulare nunquam prætermiserint, & quidquid ad eorum ornamentum atque decorem augendum amplificandumque quovis modo conferre posse intelligerent, id omne summâ animi clementiâ atque liberalitate eis largiri minimè dubitaverint. Verùm cum idem Romani Pontifices experti dein fuerint tam ingentem privilegiorum copiam quæ sæcularis alicujus Militaris Ordinis incremento plurimùm initio proderat, cupiditatem in aliis, ac nova molendi studium excitasse, eorundemque insuper privilegiorum usum & dispensationem, mutatâ temporum ratione, tum periculum iis ipsis quibus concessa fuerant asferre; tum oneri fore ipsis Romanis Pontificibus, tum demùm detrimento esse Ecclesiæ statui cujus Romanus Pontifex custos sit oportet & vindex; modum propterea ad definitos quosdam limites statuere curarunt, quibus religiosissimè servatis, & Militarium Ordinum decori, ac ornamento satis confuleretur, & sacrosanctus Dei Ecclesiæ Status integer, ut par est, incolumisque perseveraret. Et quoniam Ecclesiæ Statui gravissimo imprimis esse detrimento compertum est, quod extra Ecclesiasticum Ordinem distributa à Laïcorum multitudine præripiantur Ecclesiarum bonâ quæ vota sunt Fidelium, redemptio peccatorum, patrimonium pauperum, ut à sanctis Patribus atque à Conciliis meritò appellantur, & quod Ecclesiæ redditus à Fidelium pietate destinati, Sacris fovendis, multiplicandisque Ministris, fundandis Seminariis, alendis pauperibus, recreandis infirmis, instaurandis Ecclesiis, fulciendis sacris Ædibus vetustate consumptis, educandis viris religione & doctrinâ claris, quibus Ecclesia ipsa tantoperè dignoscitur indigere, in Laïcorum tuendam dignitatem, & commodioris vitæ commoda impendantur, ideò sanctæ memoriæ Pius Papa V, prædecessor noster, ubi plurima privilegia, favores & indulta per præde-

## 604 ÉDITS, &amp;c. ENREGISTRÉS

18 Janvier  
1773.

cessores suos Militaribus Ordinibus, atque in his Ordini Sancti Lazari Hierosolymitani concessa, per Constitutionem suam incipientem : *Sicuti bonus Agricola*, anno Domini 1567 datam, moderatus fuisset, ac opportunis circumscripsisset limitibus, novâ iterum editâ Constitutione anno Domini 1568 incipiente *Sacrofanctum Ecclesiâ*, privilegia nonnulla abolere ac penitus revocare fatius duxit, interque cætera vetuit ne prædicto Ordini Sancti Lazari, aliisque de quibus eadem in Constitutione fit mentio, Beneficia Ecclesiastica cujuscumque generis, & sub quocumque prætextu unirentur & incorporarentur, aut in Prioratus, Præceptorias, Beneficia hospitalia & alia loca earumdem Militiarum erigerentur & instituerentur, ac aliâs commutarentur & reformarentur. Iisdem in hæsit vestigiis recolendæ memoriæ Paulus Papa V, etiam prædecessor noster, qui ut piis votis Christianissimi Regis Henrici IV satisfaceret, Militarem Ordinem sub invocatione & titulo gloriosissimæ semper Virginis Dei genitricis Mariæ de Monte Carmelo erexit & instituit per Constitutionem incipientem *Romanus Pontifex*, anno 1607, eâ tamen adjunctâ lege quam religiosissimus ipse Princeps Henricus sibi jam servandam ultrò proposuerat, fuisque in precibus significaverat, ut idem Ordo de bonis merè laicalibus, (non tamen beneficialibus, seu redditibus ecclesiasticis) dotaretur, quantum Christianæ interfit Reipublicæ, sanctissimum hoc disciplinæ ecclesiasticæ caput strenuè tueri ac inviolatè custodire, nemo est qui ignoret. Norunt præ cæteris clarissimi Gallicanæ Ecclesiæ Præsules, quorum pietatem, perspectumque Religionis studium satis commendare minimè valemus, qui in Comitibus Generalibus hoc anno congregati, novo ac planè eximio suæ in Apostolicam Sedem observantiæ argumento supplices Nobis dederunt Litteras, quibus Nos certiores reddentes de gravissimis quæ ortum suat habitura incommodis, si Militari Ordini qui nunc in Gallis Sancti Lazari nuncupatur, & qui tam antiquum Sti. Lazari propriè dictum quàm recentiore alterum Ordinem sanctæ Mariæ de Monte Carmelo à prædecessore nostro Paulo Papa V, ut supra institutum comprehendere gloriatur, Ecclesiastici redditus non nisi in pios Ecclesiarum, sacrorum Ministrorum, pauperumque usus erogandi, unirentur & incorporarentur, enixè à Nobis postularunt, ut quæ à prædictis prædecessoribus nostris sancto Pio V & Paulo V de singulis prædictis ordinibus seorsim sumptis fuerunt providentissimè constituta, eadem Nos de utroque Ordine simul juncto ac in unum perpetuò unito

firmaremus ac decerneremus. Postulationibus hujusmodi quæ sanctorum Patrum Doctrinis, Conciliorum Decretis, sanctorum Canonum & prædictarum Constitutionum Statutis firmissimo veluti fundamento innituntur, & quibus suas etiam pro avitâ suâ pietate ac religione adjunxit preces charissimus in Christo Filius noster Ludovicus Rex Christianissimus suffragium nostrum libentissimè præstare nos cogimur qui ex Apostolico quo fungimur munere, sanctum disciplinæ ecclesiasticæ rigorem factum, tutum servare, & ubi collapsus fuerit, pro viribus restituere tenemur : quomobrem nihil prorsus imminutâ propensâ illâ quâ in prædictum Ordinem militarem sancti Lazari & sanctæ Mariæ de Monte Carmelo ferimur voluntate, quam ubi apta se obtulerit occasio, novis benevolentia & dilectionis nostræ argumentis manifestam facere non omitemus; de Apostolicæ Potestatis plenitudine volumus ac mandamus ut quemadmodum à sancto Pio V, circa Ordinem sancti Lazari, & à Paulo V circa ordinem sanctæ Mariæ de Monte Carmelo fuit constitutum, uterque Ordo sive seorsim, sive simul sumptus, nec-non utriusque officia, prioratus, magisteriæ, præceptorie, aliaque quocumque nomine donentur officia, de bonis merè laicalibus, non verò ex beneficialibus, sive ex Ecclesiasticis redditibus, dotentur; vetamus indè & prohibemus ne utriusque Ordini, ipsorumque officiis, quocumque, ut dictum est, nomine appellentur perpetuò vel ad tempus uniantur & incorporentur beneficia ecclesiastica cum curâ & sinè curâ, secularia & quorumvis Ordinum regularia, etiam de jure Patronatus laicorum ex fundatione & dotatione existentia, ac etiam nullum penitus servitium aut ordinem annexum, seu aliud onus qualecumque habentia, etiam ruinosâ & deserta, ac etiam sponte à Patronis oblata vel donata. Vetamus similiter ac interdiciamus ne dictorum cujusvis generis beneficiorum fructus, res & proprietates utriusque Ordini & utriusque officiis applicentur & approprientur; nec beneficia ipsa in Prioratus, præceptorias, beneficia hospitalia, Ecclesias & alia loca utriusque ordinis erigantur & insituantur ac aliàs commutentur & reformentur, ita ut uterque Ordo, tum sancti Lazari Hierosolymitani, tum sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, sive separatim, sive simul sumptus, *ad quavis bona ecclesiastica & sub quocumque prætextu, & quocumque modo possidenda inhabilis omninò in posterum fore censeatur.* Cæterùm ex his nihil quoad reliqua detractum volumus ornamento & decori amplissimi militaris Ordinis sancti Lazari Hierosolymitani & sanctæ Mariæ de Monte Carmelo, qui & anti-

18 Janvier  
1773.

18 Janvier  
1773.

quitate suâ & nobilitate, & illustribus in Christianam rempublicam meritis  
fatis apud omnes sese commendat, ac perpetuò commendabit horum de-  
cretorum æquitatem & justitiam, vel ipsi ejusdem Ordinis milites ultrò  
fatebuntur, pro ea quâ maximè præstant pietate ac religione, cujus recens  
ac multò splendidissimum Nobis & Orbi universo præbuerunt argumentum,  
dùm regularium quorundam beneficiorum & reddituum unioni quam pe-  
culiaribus ex causis prædecessor noster Clemens Papa XIII, & nos ipsi  
prædicto ordini concesseramus, spontè, liberè ac solemniter renuntia-  
runt, decernentes omnes & singulas uniones, annexiones, incorpora-  
tiones, suppressiones, applicatioes, appropriationes & alias disposi-  
tiones quascumque, quas pretexto privilegiorum, facultatum, dispensatio-  
num, & indultorum sic revocatorum, ac contra præsentium tenorem per  
quoscumque etiam Apostolicâ autoritate fieri vel factas perfequi contigerit,  
tanquam subreptas & extortas, nullius prorsus roboris & momenti esse, nec  
per eas jus, titulum etiam coloratum cuiquam acquiri, nec quemquam, quo-  
cumque tempore, quâvis causâ restitutionem in integrum, aut quodvis aliud  
gratiæ remedium impetrare, aut etiam ab alio, vel ab aliis impetrari, aut motu  
simili concessis uti, nec præsentis Litteras de subreptionis vel obreptionis,  
seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu no-  
tari vel impugnari, nec sub ullis revocationibus, suspensionibus, limitatio-  
nibus, aut aliis contrariis dispositionibus similium vel dissimilium revoca-  
tionum & ordinationum ab ipsâ Sede quancumque emanandis compre-  
hendi, sed semper ab illis exceptas esse, & quoties illæ emanabunt, toties  
in pristinum & validum statum restitutas & plenariè reintegratas esse &  
censeri, sicque in iis ac omnibus & singulis aliis supra dictis per quoscum-  
que Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii apostolici  
Auditores ac sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in quâvis causâ & in-  
stantiâ sublatâ iis, & eorum cuilibet, quâvis interpretandi & judicandi fa-  
cultate & auctoritate, ubique interpretari, judicari & definiri debere, nec-  
non irritum & inane quidquid fecerit, per quoscumque, quâvis auctoritate  
scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis &  
nostris de non tollendo jure quæsito, aliisque Constitutionibus & Ordina-  
tionibus apostolicis, ac etiam concilii generalis, nec non juramento, con-  
firmatione apostolicâ, vel quâvis firmitate alia roboratis, statutis, consuetu-  
dinibus, stabilimentis, usibus & naturis quancumque tempore observatis,

## AU PARLEMENT DE FLANDRES. 607

privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, foundationibus, litteris apostolicis dicto Ordini sancti Lazari Hierosolymitani & sanctae Mariae de Monte Carmelo, sive seorsim, sive junctim sumpto, ejusque hospitalium Magistris, Conventibus, Prioribus, Praeceptoribus, Militibus, Fratribus & personis, per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac per nos & praedictam Sedem apostolicam, etiam per modum statuti perpetui ac initi & stipulati contractus, seu quasi nec-non motu, scientia & potestatis plenitudine, similibus ac etiam consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, ac de eorum concilio & assensu etiam consistorialiter habito, ac quibuscumque tenoribus & formis, vel cum quibusvis rescriptivis, reservativis, annullativis, derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis & insolitis clausulis & etiam irritantibus & aliis decretis quotiescumque concessis, confirmatis & etiam iteratis vicibus extensis & moderatis, etiam si in eis ac statutis & fundatione praefatis caveatur expresse quod nunquam praedicta, revocata vel moderata, aut immutata intelligantur, nec illis in toto vel in parte derogatum censeatur per quascumque litteras etiam derogatoriarum derogatorias ac alias fortiores, nisi dum & quoties de illarum ac etiam certarum specialium litterarum apostolicarum inde confectarum verè, non autem per clausulas generales & speciales idem interpretantes, inserto tenore ac de simili Cardinalium consilio, & semper in hujusmodi quae sic fierent de concilio praedicto derogationes & aliae dispositiones censeretur appositâ clausulâ, quod tunc demum, nec aliter, nec alio modo effectum sortiantur; cum Magistrorum dicti Ordinis ejusque Conventuum ad id accedat consensus, quodque derogationes & aliae dispositiones consistorialiter factae prescriptis debeant formis ac solemnitatibus intimari; quibus omnibus & aliis quibuscumque, etiam si de eis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica; expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, Praesentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, harum serie specialiter & expresse derogamus & quatenus effectum Praesentium quoquo modo impedire vel retardare, vel illis obesse possent, omninè tollimus & abrogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ex-

18 Janvier  
1773.

608 ÉDITS, &c. ENREGISTRÉS

18 Janvier  
1773.

gò omninò hominum liceat paginam hanc nostræ prohibitionis, mandati, voluntatis, Decreti & derogationis infringere, vel ei auferre temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. DATUM Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo-seculo, quarto Idus Decembris, Pontificatus nostri anno quarto. *Signatum*, Cardinalis NEGRONUS, C. Subdatarius. *Visa*. De Curia J. MENASSEI. Et sigillatum in plumbo supra plicam. L. EUGENIUS. *Et au dos est écrit*: Registrata in Secretariatu Brevium.

---

ARRÊT DU CONSEIL D'ÉTAT DU ROI,

N° 1205.  
13 Février  
1773.

*Qui annulle les concessions des charges de Lieutenans-Généraux & Particuliers du Roi des Violons.*

Du 13 Février 1773.

*Registré au Parlement de Paris, avec des Lettres-Patentes du 3 Avril suivant, le 24 dudit mois d'Avril;*

*Et au Conseil Supérieur de Douay le 7 Mai 1773.*

**L**E Roi étant informé que la Communauté des Maîtres à Danser, connue sous le nom de Confrérie de saint Julien des Ménestriers, se seroit crue fondée sur des Statuts confirmés par Edit du mois d'Octobre 1658, auxquels elle auroit donné une interprétation trop étendue, & qui ont été abrogés par des Loix postérieures, notamment par la Déclaration du 2 Novembre 1692, & par les Lettres-Patentes du 25 Juin 1700 : & sur ce qui a été représenté à Sa Majesté, que ladite Communauté, sans la participation du sieur Guignon, nommé *Roi des Violons & des Ménestriers*, par Brevet du 15 Juin 1741, auroit vendu ou concédé des Charges de Lieutenans-Généraux & Particuliers du Roi des Violons, dans les Provinces à différens Particuliers, & nommément au sieur Barbotin, qui exerce & fait exercer par les Lieutenans Particuliers par lui commis, envers les Musiciens;